4.) *In Sancto THAVMASIANDRO et Triumphatore LVTHERO*, d. i. *Im Bericht von dem heiligen VVunder-Mann, und wider das Babſthumb, auch andere Rotten und Secten triumphirenden Rüſtzeug Gottes, Herrn D. Mart. LVTHERO, wie er ſich als einen treuen Euangeliſten und hochgewünſchten dritten Eliam erzeiget habe.* Leipz. 1610. und 1617. in 4. Decem uero hic ipſe Liber conſtat concionibus, in quibus *de LVTHERI ortu, educatione, donis, ardore*, et rebus, huc pertinentibus, aliis tractatur. Sub finem (p. 200.) conſpiciuntur *Elogia* et *Iudicia FERDINANDI REGIS, ERASMI, MELANCHTHONIS, BRENTII, AMSDORFII, VRB. REGII*, et Aliorum *de LVTHERO.* Quod ſpeciatim ad 5. *poſteriores* attinet *Conciones*, Apoc. Cap. XIV. c. 6. et 7. eleganter declarant, cum in proxime praecedentibus duabus ex 1. Reg. toto Cap. XVIII. *LVTHERVS, tertius Elias*, erudite fuerit demonſtratus.

5.) In

5.) *In Paraſceue ad Solennitatem Iubil. Euangelicam*, L. 1617. quae tamen ad argumentum *de Reformatione* magis pertinet. De cetero uideatur *Indiculus, oder Verzeichniß -- der Schrifften Herrn D. HOE, von 1601. biß auff 1626. in Druck gegeben*, Leipz. in 4. 2. Bogen.

HOORNBEEK, (*Ioh.*) Theol. Doct. Paſt. et Prof. Vltraiect.
*In Summa Controuerſiarum Religionis* cum Infidelibus, Haereticis et Schiſmaticis, etc. Editione ſecunda, auct. et emendatiore, Frf. ad Viadr. 1697. in 8. pag. inpr. 610. ſqq. Vbi *de LVTHERO* ſic exponit, ut nihil in eo deſideret, praeter *humilitatem* et *moderationem*, erga *CAROLOSTADIVM*, puta, et cumprimis *ZVINGLIVM*, quorum partes in ſe ſuſceperat defendendas.

HOTTINGERVS, (*Ioh. Henr.*) Tigurinus,
*In Hiſtoriae Eccleſ.* Tomo VI. ſeu Seculi XVI. Parte II. in qua *de Reformationis neceſſitate, prodromis, gradibus, -- de Cauſis Reformationis, tam Principali, quam inſtrumentalibus, ZVINGLIO praeſertim, LVTHERO et CALVINO agitur*, Tiguri, 1665. 8. Vbi uero ex ipſo ſtatim titulo apparet, quae ipſi fides ſit habenda. Vid. *Summe Venerab. Dn. D. VVERNSDORFII, Patroni mei, aetatem Colendi, Hiſtoria Auguſtanae Confeſſionis*, §. ſtatim primo, ubi multis, iiſdemque inuictis, demonſtrauit argumentis, *non Zuinglium, ſed Lutherum, primum in Germania Religionis fuiſſe Repurgatorem.*

IONAS, (*Iuſtus*) Th. D. et Pr. Vit. Inſp. tandem Coburgenſis,
1.) *In Concione Funebri*, ex 1. Theſſ. IV. 13-18. Iſlebii d. 19. Febr. 1546. habita, et Halae repetita. Videatur I. M. *KOCHII Chriſtl. Ehren-Gedächtniß LVTHERI*, no. 1.
2.) *In Narratione Hiſt. de Morte Lutheri*, quam exhibuit *DRESSERVS* in *Hiſt. LVTH.* no. VII. Videatur ſupra *CELIVS.*

IVNCKERVS, (*Chriſtianus*) Gymnaſii Altenburgenſis Director quondam optime Meritus,

*In*

*In Vita D. M. LVTHERI, Nummis atque Iconibus illuſtrata*, Lipſ. 1699. 8. In uernaculam conuerſa, prodiit auctior, ibid. 1706. ſub tit: *Das Güldene und Silberne Ehren-Gedächtniß D. M. Lutheri, in welchen deſſen Leben, Tod, Familie und Reliquien, etc. aus mehr als 200. Medaillen oder Schau-Müntzen mit Anmerckungen erkläret werden, etc.* Liber ex ratione non una maxime commendandus, cuius *initia prima indicauit Ipſe in Praefatione.* Anno nimirum 1695. d. OO. SS. *Orationem*, quam Fac. Theol. t. t. Decanus, *D. Ioh. OLEARIVS*, in Programmate ſuo, (apud Magnif. Dn. D. *BOERNERVM, in Pietate Acad. Lipſienſ.* p. 289.) *excellenti eruditione Iuuenis* dicit *elegantiſſimam*, habuerat Lipſiae, *de Vita Lutheri, nummorum memorialium monumentis conſignata*, hanc uero, ſucceſſu temporis, adauxit ita, ut in integrum, quem dixi, Commentarium excreuerit. Conf. *ACTA ERVDIT.* Lipſiae, 1699. p. 300.

KESLERVS, (*Andr.*) SS. Th. D. et Superint. tandem Generalis Coburgenſis,

*In ſ. Lutherum, oder gründlichen Bericht von D. M. LVTHERI Lehr, Reformation, Leben und Sterben*, Coburg. 1628. 8. Idem ille *KESLERVS* ſcripſit quoque, ſi recte memini, das *Lutheriſche Franckenthal*, contra Schreinerum, Lipſ. 1623. 8. Conf. *WETZELII Hymnopoeogr.* P. II. infra citanda.

KIRCHBERGERVS, (*Clemens*)

*In Actis LVTHERI*, editis Magdeburgi, Anno 1618. in 12.

KOENIGIVS, (*Geor. Matth.*) Gr. LL. et Pöeſ. P. P. Altorf.

*In Bibliotheca Veteri et Noua*, ubi *Eruditorum* patria, aetas, nomina, libri, elogia, etc. a prima mundi origine ad annum uſque M. DC. LXXIIX. ordine alphabetico exhibentur, Altorf. 1678. in fol. min. p. 488. pauciſſimis.

KOCHIVS, (*Ioh. Chriſt.*) Paſtor nunc Lommat. Meritiſſ.

*In Obſeru.* ſuis *Miſcellaneis*, T. III. P. XXXVI. p. 939. ſqq. Lipſ. 1717. in 8. Vbi *Singularia è Vita LVTHERI* afferuntur non omnino nulla.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

KOCHIVS, (*Ioh. Mich.*) Iſnacenſis,

*Im Chriſtlichen Ehren-Gedächtniß des hocherleuchteten und von Gott zur Verbeſſerung der verwüſteten Kirchen auserleſenen Mannes, Herrn D. Mart. LVTHERS*, Eiſen. 1714. in 4. Maxime uero huc pertinet *Numerus* III. p. 79. ſqq. ubi *ex Calendario Hiſtorico*, ſupra indicato, *VITA LVTHERI* cum obſeruationibus nonnullis exhibetur.

LANGIVS, (*Ioach.*) Theologiae Prof. Publ. Halenſis,

*Im wohluerdienten Ehren-Gedächtniß D. M. LVTHERI* ex collectione *Ioh. RENTZELII*, I. V. D. Vbi p. 151. ex *D. C. DIETERICI* Concione Iubil. Vlmenſi, breuis *de Vita LVTHERI* commentatio repetitur. Conf. *ANONYMI Denckmahl der Reformation, Witt. anno* 1717. cum Praef. B. Dn. D. Caſp. *LOESCHERI* in 8. editum, p. 55. et 58.

MAIVS, (*Io. Henr.*) SS. Th. Doct. et Prof. in Acad. Ludouic.

1.) *In Theologia LVTHERI*, Francof. ad Moen. 1709. 4. in Prolegomenis, ubi *de praedictionibus* Eius, *miraculis*, et ſic porro, agitur. Inprimis uero

2.) *In Hiſtoria Reformationis*, ib. 1710. in 4. ubi *Locus de Anti-Chriſto* huc maxime facit. Vid. *Index*, et Conf. *Rel. Innoc.* 1709. p. 48. ſq. et 1710. p. 152. ſqq. Addatur

3.) Eiusdem *Oeconomia Iudiciorum*, et quae ſunt reliqua.

MATHESIVS, (*Ioh.*) Senior, Rector primum, et deinceps Paſtor Vallis Ioachimicae,

*In XVII. Concionibus* ſuis, uno Volumine Norimbergae 1570. 1583. 1608. et 1621. in 4. editis, ſub hoc titulo: *Hiſtorien, von des Ehrwirdigen inn Gott ſeligen theuren Manns Gottes, D. MARTIN LVTHERS Anfang, Lehre, Leben*, etc. *HVIVS* et *MELANCHTHONIS* de *Vita Lutheri* Hiſtoriam cum eleganti Praefatione denuo recudi fecit G. F. *STIEBERVS*, Ao. 1715. De cetero uid. *M. I. B. MATHESII* Vita *Ioh. MATHESII*, Dreſdae, 1705. in 8. edita.

MAYERVS, (*Ioh. Frid.*) In Academia tandem Gryphiſwaldenſi

waldenſi Profeſſor Theologiae Primarius, et Pomeraniae Suecicae Rugiaeque Superintendens Generalis,

*In oratione ſacra*, quae inſcribitur: *VNSTERBLICHER LVTHERVS, an ſeinem Sterbe-Tage, den 18. Febr. der Gemeine Gottes zu St. Iacob in Hamburg vorgetragen.* Prodiit ibidem 1698. 8. Reliqua Huius *de LVTHERO* ſcripta adducam alibi. Conferatur tamen *SELNECCERVS.*

MELANCHTHON, (*Philip.*) Gr. Ling. in Acad. Vit. P. P.

1.) *In Commentatione de Vita et Actis Reuerendiſſ. Viri, D. M. LVTHERI*, Vit. 1546. et 1549; inſerta deinceps, non tamen tota, Eius Declamationibus, Tom. IV; et recuſa ib. 1700. in 4; quae alias praefationis uicem ad *Tomum II. Operum Lat. Witteb. LVTHERI* ſuſtinet, et apud *DRESSERVM*, in *Hiſtoria LVTHERI*, tertium locum occupat. Germanice exhibetur *Tomo VII. Altenb.* f. 874. Nec non

2.) *In Denunciatione Mortis LVTHERI.* Videatur *DRESSERVS*, l. c. no. VI. Et tandem

3.) *In Oratione Funebri*, VVitt. d. 22. Febr. 1546. habita; a D. Caſp. *CRVCIGERO* in idioma germanicum conuerſa; et a *I. M. KOCHIO*, in *ſ. Chriſtl. Ehren-Ged. LVTHERI*, no. 2. p. 60. ſqq. repetita.

MENCIVS, (*Balth.*) Nimec. Saxo, Ord. Philoſ. in Acad. Vitembergenſi Adiunctus, et Pöeta Coronatus,

*In Elogiis Praecipuorum Doctorum ac Profeſſorum Theologiae in Academia Wittebergenſi.* Vit. 1606. in 8. a p. 15. uſque ad p. 46. ubi in recenſendis Eius ſcriptis maxime fuit occupatus. *De obitu LVTHERI*, et *pompa, circa eundem, funebri*, relationem, ſuo loco laudandam, dedit alibi.

MENCKENIVS, (*Ioh. Burc.*) Celeberr. Hiſt. P. P. Lipſienſis, Hoſpes aliquando meus, nunc quoque Colendus,

*Im Compendiöſen Gelehrten-Lexico*, Leipz. 1715. 8. mai. p. 1217. ſqq. Liber conciſus et perſpicuus, breuis et ſufficiens, cuius *editionem ſecundam* magno cum deſiderio multi expectant.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

MOELLERVS, (*Ioh. Gottlieb*) Gedanenſis, P. P.
*In Martinalibus, ſeu de Vita Lutheri*, Roſt. 1693. Quae de *Confeſſore* et *Martyre LVTHERO*, moderante *B. FECHTIO*, diſputauit, alibi percenſebo.

MVLLERVS, (*Ioh.*) SS. Theol. Doctor, Paſtor Hamburgenſis, et Miniſterii tandem Senior,
*In Luthero defenſo* et *Defenſi defenſione*, contra Car. à *Creutz*, S.I. *Scriptum oppido luculentum, ſolidaque eruditione conſpicuum, in quo pietas cum doctrina, ac Zelus cum modeſtia, certare uidetur.* Vid. Celeberrimi *Dn. D. GOETZI Memoriam Eraſm. GRVBERI*, p. 22. ubi ad *BibliothecamLutheranam*, mihi, quam maxime optarem, hactenus non uiſam, eiusdemque pag. 16, prouocat. Conf. *VEIELII Defenſio Eccleſ. Graecan.* Sect. VII. Art. IV. ſub finem. Extat quoque *Eius refutatio obiectionum, quibus Pontificii Religionem Chriſtianam ſuſpectam reddere uolunt*, reliqua ut taceamus.

MICHAELIS, (*Ioh.*) Paſt. ab officio remotus, Sax.
*In Luthero Rediuiuo*, 4. Partibus conſtante, in 8. 3. alph. 15. pl. De ſpurciſſimi huius ſcripti Auctore, qui ſub uoto, *Iehoua Modera!* latere, peſſima quaeque de Lutheranis ſpargere, et in Superiorum poteſtatem ſubinde inuehi eſt conatus, uide *Relat. Innoc.* 1710. p. 527. ſqq. Conf. 1709. p. 49.

MICRAELIVS, (*Ioh.*) Pomeranus,
*In Hiſtoria Eccleſiaſtica*, edita curâ *Dan. HARTNACCI*, Pomerani, edit. V. locuplet. Lipſ. et Frf. 1699. in 4. L. III. Sect. II. p. m. 633. ſqq. Vbi per Quaeſtiones et Reſponſiones, quod et Du-Pinium feciſſe, denotauimus ſupra, de *LVTHERO* exponit, et, pluribus de Eodem adductis uaticiniis, Quaeſt. cumprimis XIV. ſqq. p. m. 651. *Vitam Eius, Acta* et *Doctrinam* dilucidius explicat.

NVBERVS, (*Georg.*) Paſtor Bermaringenſis in Sueuia,
*In XX. ſuis Concionibus*, quibus fecit titulum: *Lutherus Rediuiuus.* Vlm. 1657. in 4.

OLEA-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

OLEARIVS, (*Ioh. Gottfr.*) Superint. Arnſtad. longe Celeberr.
1.) *In ſeiner Ehren-Rettung des dritten Eliae und Teutſchen Propheten, D. M. LVTHERI, wieder L. Scheſſlern*, Leipz. 1666. in 8. uo. Nec non
2.) *In ſ. Schutz-Schrifft*, contra Eundem, L. 1667. 8. Ab aliis hunc in finem adductus, et mihi non uidebatur omittendus, licet *ad Lutherum Defenſum* repetita *Eius* defenſio rectius omnino pertineat.

PANTALEON, (*Henr.*) Phyſicus Baſileenſis,
*In Proſopographiae* Heroum atque illuſtrium uirorum totius Germaniae *Parte tertia*, eademque primaria, Baſil. 1566. in fol. a p. 75. usque ad p. 82. Parte I.ma, ib. 1565. p. 139. *de Martino Epiſcopo* et *Feſtis Martinalibus* tractatur. Summatim uero notamus, quod omnium, quos expoſuit, effigiem repraeſentet, eandemque in literae quaſi maiusculae locum, ab ipſius deſcriptionis initio, ponat.

POLLICARIVS, (*Ioh.*) Cygn. V. D. apud VVeiſenf. Miniſter, poſt haec uero Superint. ad tempus, Herford.
A laudato *IVNCKERO* in Praef. §. 7. et 10. huc non adeo accurate, ex *FELLERO*, refertur, ſiquidem *non Ipſe LVTHERI Vitam deſcripſit*, ſed, *ut eam*, loquor cum *POLLICARIO*, *a PHILIPPO perſcriptam reperit*, anno 1547. *ſaltem edidit* cum Praefatione admodum exigua. Et hanc non ſolum apud *DRESSERVM*, l. c. uerum etiam *in Ph. MELANCHTHONIS* de *Vita et Actis Reu. Viri, D. M. LVTHERI Commentatione*, Vit. 1700. in 4. repetita, inuenies.

RABVS, (*Ludou.*) alias *Gynzer*, Memmingenſis, Argentorati primum, et deinceps Vlmae Concionator,
*In Hiſtoria Teſtium ueritatis*, quinque Tomis comprehenſa, Argent. 1557. 58. in 4. Conf. *Georg. Matth. KOENIGII Bibliotheca Vetus et Noua*, iam ſupra indicata, ſuo loco.

RITTERVS, (*Matth.*)
*In Vita Lutheri*, Francof. ad Moen. 1635. 8. Liber, mihi hactenus

hactenus non uiſus, qui, utrum eundem, quem ſupra, de *BVGENHAGIO* diſſerens, indicaui, Auctorem habeat, nec ne, tempus docebit.

ROTHIVS, (*Caſp.*)

*In Gloria LVTHERI*, Lipſ. 1619. in 4. Vlteriorem uero huius et ſequentis notitiam ſi quis ſuppeditaret, gratum mihi faceret atque gratiſſimum.

RYMELINVS, (*Mart.*)

*In Vita LVTHERI*, occaſione Iubilaei Euangelicorum primi, *graece* ſcripta, et *Iubilaeo Academiae Tubingenſis*, Tub. 1618. in 4. inſerta. Conf. *Relat. Innoc.* 1717. p. 117. ſq.

SAGITTARIVS, (*Caſp.*) SS. Th. D. et Hiſt. Prof. Ienenſis,

*Im auſgeleerten Catholiſchen Zeughauße*, contra *Marc. SCHOENEMANNVM*, Vid. *LVTHERVS Defenſus*.

SAVBERTVS, (*Ioh.*) Sen. Paſt. et Antiſtes tandem Norimb.

1.) *In Miraculis Aug. Confeſſionis*, *ſ. Im Wunderwerck der Augſpurgiſchen Confeſſion*, Edit. II. Norimb. 1698. in 8. Ex parte ſaltem et rarius, fuſius uero

2.) *In LVTHERO*, *Propheta Germaniae*. De quo tamen alibi agendi commodior erit locus atque occaſio.

SCHALLERVS, (*Wolfg.*) Paſtor quondam Argentoratenſ.

*In Concione Iubilaea*, ex Apoc. XVIII. c. 1-6. ibid. anno 1617. habita, quae ſecundo loco conſpicitur *in den uierzehen* (non uero IV. uel XV.) *Chriſtlichen Predigten, an dem Euangeliſchen Iubel-Feſt der Kirchen zu Straßburg anno 1617. gehalten durch die Prediger und Kirchen-Diener daſelbſten*, Strasb. 1618. 4. (1. alph. 8. pl.) p. 28. ſqq. Libellus apprime utilis, ſiquidem *praecipua*, *cum Pontificiis controuerſa*, *Capita* in eo leguntur expoſita, et Conſpectus Miniſtrorum, Verbum DEI t. t. pure ibidem docentium, exhibetur.

SCHARFIVS, (*Ioh.*) SS. Theol. D. et Prof. Vitembergenſis,

In Diſſert. *de LVTHERO Reformatore*, repetita anno 1685.

a *Io.*

a *Io. Friderico*, *Iohannis Filio*, qui anno ſubſequenti 1686. duas *de LVTHERO* diſſertationes ipſe habuit.

SECKENDORFIVS, (*Vit. Ludou.*) Eques Franc. Conſil. intimus Saxonicus et Brandenburgenſis,

In excellenti contra *Ludou. MAIMBVRGIVM*, S. I. *HISTORIA LVTHERANISMI*, *ſiue Commentario Hiſtorico et Apologetico de Lutheraniſmo et Reformatione Religionis*, anno 1688. in 4. et plenius anno (1692.) 1694. in fol. edito. *Quod Opus* (iuxta *IVNCKERVM* l. c. §. 14.) *aggredi nemo temere audebit*, *niſi cui animus forte ſit, ad ſolis radios uelle occoecari.* Incomparabilem hinc laudati *Auctoris* laborem ab anno 1546. *continuare*, in *Colloqu. Menſtr.* 1695. p. 991. promiſerat, ut taceamus *PFANNERVM*, *TENTZELIVS*, et *Dn. D. CYPRIANVS*, in Praefatione ad Eius *Hiſtoriſchen Bericht*, P. I. fere ſub finem, refert, quod in linguam eundem Germanicam conuertere, ac eruditis ſuis obſeruationibus illuſtrare uoluerit, ſed negotiis multis aliis, et ipſa denique morte impeditus, praeter dictam ante Hiſtoriam, nihil, quod memini, reliquit huc referendum. Hunc ergo defectum ſuppleuit *Dn. El. FRICKIVS*, Eccleſiaſt. Vlmenſis optime meritus, in pleniore ſua, non omnibus aeque probata Verſione, cui fecit titulum: *Herrn Veit. Ludewigs von SECKENDORF ausführliche Hiſtorie des Lutherthums und der heilſamen Reformation, welche der theuere Martin LVTHER binnen dreyſſig Iahren glücklich auſgeführet*, Lipſ. 1714. 4. mai. Vid. Ven. *Dn. D. CYPRIANI* Praefat. ad *G. SPALATINI Annales.* De reliquis conf. *Celeberr. COLLECTORES Act. Erud. Lipſ.* 1688. p. 1. 1689. p. 301. et 1691. p. 345. *Mr. le CLERC Bibliotheque Hiſtorique et Vniuerſelle*, 1692. p. 1. *Mr. BASNAGE Hiſtoire des Ouvrages des Sçauans*, 1688. p. 147. et 1692. p. 250. *TENTZELIVS*, in *Colloqu. Menſtr.* 1692. p. 866. 1691. p. 762. 901. 995. *Aliique* plures.

SEIDE-

SEIDELIVS, (*Chriſt. Matth.*) Adi. Paſt. Praep. et Inſp. Berol.
*In der kurtzen Beſchreibung des erbaulichen Lebens, Herrn D. Martin LVTHERS*, Berl. 1718. in 12. Die nimirum 9. Sept. eiusd. anni laudatus Auctor *Orationem de Vita Lutheri* ſacram habuerat, quam ut ederet, rogarunt multi. Horum igitur deſideriis ut uel ex parte ſatisfaceret, *Praefationem, Explicationi Catecheſeos Lutheri olim praemiſſam*, hanc in formam redegit, plura de eo in *Hiſtoria*, quae promittitur, *Reformationis* expoſiturus. Quod ſupereſt, praecipua fere omnia opellae huic eleganter incluſit, ſtilum, quem dicimus, fluidum adhibuit, et, pia tandem precatione facta, lectorem dimiſit.

SEIDELIVS, (*Paulus*) Werdenſis,
*In ſ. Hiſtoria und Geſchichte D. M. LVTHERI, aus ſeinen eigenen Schrifften zuſammen gezogen*, Witt. 1582. 4.

SELNECCERVS, (*Nic.*) Theol. D. et Superint. Lipſ.
1.) *In Praefatione ad LVTHERI Tiſch-Reden*, Lipſ. 1581. editis.
2.) *In Oratione Hiſtorica de initiis, cauſis et progreſſu Confeſſionis Auguſtanae, et de Vita ac Laboribus Dn. D. Martini LVTHERI, poſtremae aetatis Eliae*, repetita et uberius explicata in uſum ſtudioſae iuuentutis; Hildeſiae, d. 4. Dec. 1590. publice recitata, et Ienae 1592. in 4. excuſa. Libellus ordine cumprimis et methodo maxime ſe commendans, et ab incomparabili Theologo, *I. Fr. MAYERO cum Notis* renouatus, Witt. 1687. 4.

SLEIDANVS, (*Io.*) Profeſſor Iuris Argentinenſis,
*In Commentatione de Statu Religionis et Reipubl. Germanorum ſub Carolo V.* Argent. 1555. in fol. Liber, de quo hic ipſe *IMPERATOR* dicere fuit ſolitus: Aut habemus proditores conſiliorum, aut ſcriptor ille familiaris Spiritus opera iſta didicit. Conf. Celeberr. Dn. D. *I. B. MENCKENIVS* ad *LANGLETVM*, p. 133. Cui add. *Dn. D. Hug. WISMEIDERI Tetzels Läſterung*, in *Hilar. Euang.* P. I. C. 117. p. 972.

p. 972. ſq. ubi de optima pariter atque peſſima *SLEIDANI Editione* multa erudite proponuntur.

SPANGENBERGIVS, (*Cyriac.*) Paſt. Manſfeld. ob Flacianiſmum eiectus, Argentoratique anno 1604. defunctus,

*In ſ. uielen Predigten uon Luthero*, ab anno 1562. die, *Luthero* natali atque emortuali, annua, memini, uice habitis Manſfeldae, maximam uero partem ſeorſum editis Erfordiae, A. 1564. 1566. 1569. et ſeqq. in 8. *Comparationes*, quas inſtituit elegantes, ſuo, B. c. D. loco, indicabo omnes atque ſingulas.

STIEBERVS, (*Georg. Frid.*) Sereniſſimae Principi Meckelnburgicae, Guſtrouienſi, Viduae, a Concionibus,

*Im Vorſpiel zur Hiſtorie der Reformation und Leben LVTHERI*, Guſtr. 1711. 8. 1. alph. Vid. ſupra *MATHESIVS.* Vtrum uero laudati Auctoris *Pietas Lutheri* in lucem omnino fuerit edita, nec ne, fateor, me nondum comperiſſe. Conferantur interea *Rel. Innoc.* 1711. p. 275.

TENTZELIVS, (*Wilh. Erneſt.*) Hiſtoriographus Saxonicus,

*Im Hiſtoriſchen Bericht uom Anfang und erſten Fortgang der Reformation Lutheri, zur Erläuterung des Herrn uon SECKENDORFF Hiſtorie des Lutherthums*, Lipſ. 1717. et 1718. ter excuſo *cum Praefatione et Additamentis* Summe Venerandi *Dn. D. E. S. CYPRIANI*, Cap. cumprimis tertio, p. m. 137. ſqq. Conf. *Rel. Innoc.* 1717. p. 137. et 675.

THOMAE, (*Ioh. Chriſtian*) Scholae Neoſtad. ad Heyd. Rector bene Meritus,

*In der Hiſtoriſchen Beſchreibung des heilſamen Reformations-Wercks und Lebens Lutheri*, Coburg. 1722. 8. cum Praef. prolixiore Dn. *M. Albr. Men. VERPOORTENS*, Neoſtadienſium Superintendentis Vigilantiſſimi, qui erudita ſua Commentatione, de *Mart. BVCERO*, dudum iam inclaruit. Ipſam Lutheri uitam XVII. oratiunculis, à diſcipulis ſuis, anno Lutheranorum Iubilaeo ſecundo, recitatis, Cl. incluſit

 *Auctor*,

*Auctor*, quas uero deinceps Adnotationibus, lectu maxime iucundis, illuſtrauit plenius.

THVANVS, (*Iac. Aug.*) Regius in Sanctiore Conſiſtorio Conſiliarius, et in ſuprema Regni Gallici Curia Praeſes, *In Hiſtoria ſui temporis*, Tomo I. Frf. M. DC. XXV. p. 9-31. Vbi ex Chytraeo cumprimis, et aliis, ueritatem ſic decantauit, ut odium, quod ſequitur, ipſam ipſius filio mortem conciliauerit. Conf. prae ceteris, Dn. D. *I. B. MENCKENIVS*, *im Verzeichnis der uornehmſten Geſchicht-Schreiber*, L. 1718. 8. p. 242. ſqq.

THVMMIVS, (*Theod.*) SS. Th. Doctor, eiusdemque in Academia Tubingenſi Profeſſor,
In eleganti, à *Tob. WAGNERO* olim defenſa, ipſique ſaepius tributa, Diſſ. *de LVTHERO Thaumaturgo*, ſ. *de admiranda Eius Reformatione*. De quo tamen ſcripto fuſius alibi ediſſeram.

VEIELIVS, (*El.*) Paſtor Vlmae Primarius atque Superint. *Magnae*, iuxta *SECKENDORFIVM* de *Lutheraniſmo*, L. III. f. 498. *eruditionis et pietatis Theologus*,
In libro praeſtantiſſimo, cui fecit titulum: *Ein Gülden Kleinod der ſchöneſten und Geiſtreicheſten Andachten und Betrachtungen, auß den Schrifften des Seel. Manns, Doct. Martin Luthers zuſammen getragen. Samt einer Vorrede und Predigt* (quae huc cumprimis pertinent) *uon D. M. LVTHERS Seel. Leben und Wandel, Shrifften und Glauben.* Vlm. 1669. in 8. De quo conf. *B. IVNCKERI Guld. und Silb. Ehr. Ged. Lutheri*, pag. inpr. 27. aliisque in locis. Nec non, *de Eius Vita*, *Venerab. Dn. D. CYPRIANI Hilaria Euang.* p. 706. ſq. et *B. Dn. D. PIPPINGII Trias Decadum, Memoriam Theologorum noſtrae aetatis exhibens*, Lipſ. 1707. 8.

VERHEIDEN, (*Iac.*) Haga-Comit.
*In Elogiis praeſtantium aliquot Theologorum, qui Pontificem Romanum praecipue oppugnarunt.* Cuius adhibuiſſe operam *Auctores des Comp. Gelehrten Lexici*, ſub finem ipſi fatentur.

VHSIVS

VHSIVS, (*Erdm.*) Athen. Martiſb. Rector Celeberr.

1.) *Im Leben der berühmteſten Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVII. Iahrhunderts nach Chriſti Geburt, in alphabetiſcher Ordnung abgefaſſet*, Leipz. 1710. 8. p. 249.-266.

2.) *In ſ. Kirchen-Hiſtorie des XVI. und XVII. Iahrhunderts nach Chriſti Geburt*, Ib. 1710. in 4. paſſim. Liber ad argumentum *de Reformatione LVTHERI* rectius referendus. Conf. interea *Rel. Innoc.* 1710. p. 437. de priore, et p. 510. de poſteriore.

WAGNERVS, (*Ioh. Iac.*) Vlmenſis, Paſt. Hoeruelſingenſis, *In Libello Conformitatum B. Lutheri*, d. i. *In denen Sechs Predigten, in welchen der ſeel. Vater, D. Mart. LVTHERVS mit denen Allerfürnehmſten Lehrern der Kirchen Chriſti gar wohl uerglichen, und das denckwürdigſte uon Ihm eingeführt wird, daran auch eine Predigt aus dem S. Andreas-Euangelio uon Seinem rechtmäſſigen Beruff gehänget iſt*, Frf. 1666. 4. Cum rerum praecipuarum Indice.

WETZELIVS, (*Ioh. Caſp.*) Meinungenſis, *In der Hiſtoriſchen Lebens-Beſchreibung der berühmten Lieder-Dichter*, Parte II. Herrnſt. 1721. in 8. p. 106-142. Vbi *Lutheri uitam* ſic deſcribit, ut ad *Eius Cantica* cumprimis reſpiciat, quibus ſolicite expoſitis, lectorem ad ipſos huius rei fontes remittit.

*Von* ZIEGLER *und* KLIPHAVSEN, (*Henr. Anſhelm.*) Conſil. Sax. et Canon. Miſen. Adſeſſ. cum uiueret, Grauiſſimus, *Im täglichen* Schau-Platz der Zeit, *auff welchen ſich ein iedweder Tag durch das gantze Iahr mit ſeinen merckwürdigſten Begebenheiten, ſo ſich uom Anfange der Welt biß auff dieſe ietzige Zeiten, an demſelben zugetragen, uorſtellig machet, etc.* Lipſ. 1694. et, quae auctior eſt editio, 1700. in fol. ad diem emortualem *Lutheri*, decimum nempe octauum Februarii, p. 146, ſq. Conf. *Eiusd. Hiſtoriſches Labyrint der Zeit*, L. 1701. p. 1098. Nec non deren *erſte Fortſetzung*, ib. 1718. p. 730-735.

*

* *

Magnam, L· B· nubem habes *Scriptorum*, *LVTHERI VITAM illuſtrantium*, quorum alii *germanico*, alii *latino*, alii *gallico* (*), alii *graeco* (**), alii *alio* uſi fuerunt *idiomate*, et de Eo in *ſoluta* partim, partim etiam *ligata* (***), e *cathedra* mox eloquendo et diſputando, e *ſuggeſtu* mox praelegendo (****) et concionando, e *ſcena* mox conferendo et repraeſentando, uario, multumque ſaepius diuerſo, inſtituto egerunt. Et licet *non* omnino *omnes* telam ſuam *aeque bene atque accurate* pertexuerint, plurimi tamen ſuo ſic defuncti ſunt officio, ut ipſorum Commentationes non ſine ſumma animi uoluptate legi poſſint atque conſiderari. *Librorum titulos*, praeuia deliberatione facta, uerbis *Auctorum* dedi *ipſiſſimis* atque plenioribus, quo nimirum uni ſtatim cuique de lingua, ab ipſis adhibita, ordine, occaſione et reliquis conſtaret.

Equidem, *Omnes*, de *LVTHERI VITA exponentes*, huc omnino eſſe relatos, arroganter non praeiudico, neque tamen quemquam ex propoſito neglexi (*****). Auctores *ad Reformationem* magis, quam *ad Reformatorem* pertinentes, *SPALATINVM* u. g, *MYCONIVM*, *Alios*, alibi, per DEVM et diem ubi licuerit, exponam (******). *Aduerſariorum* mendaciſſimas *de Luthero*

(*) *BASNAGIVS* u. g. *Da-PINIVS*, et qui ſunt reliqui.

(**) *RYMELINVM* puto, ex obſeruatione *Relat. Innoc.* loco, ante citato, p. 30.

(***) Huc cumprimis referatur *HIRTZWIGIVS*, *in* egregio, ſupra commendato, *Dramate de LVTHERO*, p. 22.

(****) Ante hos quinque annos, in loco non uno, a iubilante id factum eſſe Eccleſia, *ex Venerab. Dn. D. CYPRIANI Hilariis Euangelicis* denotauimus ſupra, p. 16.

(*****) Difficilis hinc non ero, in recipiendis aliquando iis, de quibus *TVA* me commonefaciet *humanitas*.

(******) Totus equidem non nego, et hic non nullos, ſuo mihi loco repetendos, eſſe

*Luthero compilationes* tacui, ſiquidem hoc in negotio otium nobis feciſſe uidebatur *IVNCKERVS*, libro plus ſimplici uice laudato, in Praefatione (*). Accedit, quod ſupra, *in LVTHERO Defenſo*, (indigni, qui ſine confutatione addantur reliquis) plenior ipſorum mentio, ut inſtituetur, poſſit inſtitui.

Hoc autem deſiderabis merito, quod, literarum ordini inſiſtens, *Chronologicum*, ex quo tamen, in rebus maxime Hiſtoricis, multa propendent atque praecipua, penitus neglexerim. Quo ergo et hic remoueatur defectus, *Scriptorum* ſaltem *nomina*, ſequentem in modum repetita: (Sec. XVI.) *Ionas*, *Celius*, *Bugenhagen*, *Melanchthon*, *Alberus*, *Georgius*, (Pr. Anh.) *Sleidanus*, *Spangenbergius*, *Rabus*, *Pantaleon*, *Eberus*, *Matheſius*, *Camerarius*, *Selneccerus*, *Seidelius*, *Gloccerus*, *Dreſſerus*, (Sec. XVII.) *Chytraeus*, *Hoë*, *Mencius*, *Forſterus*, *Hirtzwigius*, *Adami*, *Crogerus*, *Franckius*, *Hiemerus*, *Kirchbergerus*,



eſſe adductos, neque tamen pro noſtra id, ſed aliorum fecimus auctoritate.

(*) Ad hanc uero claſſem referuntur ſequentes:

1.) *Ioh. ENGERDVS*, Prof. Ingolſt. *In der Summariſchen Hiſtorie und wahrhafftigen Geſchichte, von dem Leben, Lehr, Bekäntniſſ und Ableyben M. LVTHERS und I. CALVINI*, etc. Ingolſt. 1582. 4. Interprete primo *Iac. LAINGAEO*, Doct. Sorbonico Pariſienſi, qui iniquiſſimum hunc librum, gallice conſcriptum, latinis reddiderat.

2.) *Ioh. Chriſtoph. HVEBERNVS, in Hiſtoria Lutheri Germanica*, ib. eod. anno, Auctore primo *I. COCHLAEO*, linguam adhibente latinam.

3.) *Laur. FORERVS, in ſeptem Characteribus Lutheri delineatis et* (quos dicit) *defenſis*, Dilling. 1626. 8.

4.) *Em. de VEGA, in Libro de Lutheri Vita et Miraculis*, Vilnae, 1586. in 8uo.

5.) *Caſp. VLENBERGIVS*, Lippenſis, de *Vita et Moribus Lutheri*, *Melanchthonis*, *Flacii Illyrici*, Coloniae Agrippinae, anno 1622. in 8.

6.) *Elias HASENMVLLERVS, in Hiſtoria Parallela Vitae D. M. Lutheri, et Martini, Epiſcopi Turonenſis*, Ingolſt. 1577. et Francof. 1593. in 4to.

7.) *Ant. VARILLAS.*

8.) *Abbas de CORDEMOY.*

9.) *Iaqu. Benigne BOSSVETVS.*

10.) *Louis MAIMBOVRGIVS*, Ieſuita, *in Hiſtoria Lutheraniſmi*, anno 1680. Pariſiis gallice edita. Videatur *SECKENDORFIVS*, ſupra commendatus.

11.) *Auctor Anonymus, in Colloquiis Demortuorum*, Amſtelod. 1694. 12. De quo tamen poſtremo conf. prior, eademque latina, *Beati IVNCKERI* Editio.

*bergerus*, *Rymelinus*, *Schallerus*, *Rothius*, *Thuanus*, *Curtius*, *Thummius*, *Beer*, *Gerhardus*, *Nuberus*, *Dannhauerus*, *Hottingerus*, *Olearius*, *Wagnerus*, *Gruberus*, *Veielius*, *Koenigius*, *Müllerus*, *Seckendorſius*, *Blount*, *Hoornbeek*, *Moellerus*, *Zieglerus*, *Mayerus*, *Baſnagius*, *Iunckerus*, (Sec. XVIII.) *Arnoldus*, *DuPinius*, *Buddeus*, *Maius*, *Vhſius*, *Stieberus*, *Kochius*, *Menckenius*, *Bürgerus*, *Fleuterus*, *Funckius*, *Hardtius*, *Tentzelius*, *Gedickius*, *Seidelius*, *Cyprianus*, *Goetzius*, *Ditzingerus*, *Wetzelius*, *Grinſius*, *Thomae*, ſub prolixioris cuiusque Argumenti finem expectabis.

Quod ſi ergo totum hoc negotium feliciter expedire uelim, erit omnino opus, ut omnes, quos adduxi, *Auctores pro fundamento* quaſi ponam, et manu diurna nocturnaque diligenter euoluam atque reuoluam. Quemadmodum enim omnes, qui peculiare *de LVTHERO* argumentum dederunt explicatum, ex his ipſis pertinentia quaeque decerpſerunt, et in loculos ſuos congeſſerunt, ſic ab ouo quoduis repetendum putaui. Neque ſolo *librorum rubro* delectabor, cui ſi occoecatam quis habeat fidem, *ſiniſtrum* ſaepius *de nigro iudicium* inſtituit. *Coronidem* uero imponet omnium in uniuerſum *de Luthero Scriptorum Index* multo utiliſſimus atque locupletiſſimus.

Ex quibus adeo apparet, *Titulum*, quem operi huic noſtro dare decreuimus, ab ipſa re alienum non eſſe futurum. *Occaſionem*, quod noſti *ex MATHESIO*, f. m. 192. a, ſuppeditauit *PHILIPPVS, pronuntians de SEIPSO, quod bonus LOGICVS, de POMERANO, quod bonus GRAMMATICVS, de IONA, quod bonus ORATOR*, et denique *de LVTHERO, quod OMNIA ſit IN OMNIBVS* (*). Cuius *effati natales*, *ueritatem*, *ſenſum*que

(*) *MATHESII* uerba, l. c. haec ſunt: *Ein ieder uon dieſen* (damahls zu Witten-

que *genuinum*, *DEI* ſub praeſidio, *in Praefatione*, ex mente non *APOSTOLI* (*), ſed *MELANCHTHONIS*, demonſtrabo.

In praeſenti nihil amplius reſtat, quam ut abs *TE*, L· B· petam enixe, uelis hunc meum laborem aequi, quod ſoles, bonique conſulere, et, ubi conſulueris, *TVO* me iuuare fauore, Vale.

---

Wittebergae Saxonum, prid. Id. Dec. ∞ IↃ CC XXII.

---

Wittenberg docirenden) *Gelehrten hatte ſeine eigene Gabe, wie Herr PHILIPPVS ſein artig pfleget zu ſagen: D. POMERANVS iſt ein Grammaticus, der legt ſich auff die Wort des Textes, Ich bin ein Dialecticus, ſehe drauff, wie der Text an einander hangt, und was ſich chriſtlich, mit guten Grund, drauß ſpinnen und folgern will laſſen, Doctor IONAS iſt ein Orator, der kan die Wort des Texts herrlich und deutlich ausſprechen, erklären, und zum Marckt richten, D. MARTINVS eſt OMNIA IN OMNIBVS, des Wundermanns und erwehlten Werckzeugs Rede und Schrifft hat Hände und Füß, und dringt durch Hertz und Marck, und leſt ſein Scherpff und Troſt hinter ihm, in uieler Leut Hertzen.*

(*) Sic u. g. 1. Cor. XII. 6. *DEVS*, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι dicitur, cuius tamen in thronum *PHILIPPVS LVTHERVM* nunquam euexit, neque nos unquam euehemus.

---

Ad pag. cumprimis 16. notetur, primo, linea ſtatim prima *non SCHRIPTORES*, *ſed SCRIPTORES*, et linea. 22, *non reuouata*, *ſed renouata* eſſe legendum, deinceps, *Celeberrimum*, quem dixi, *SCHLEGELIVM*, pie haud ita pridem et placide obdormiuiſſe, cui ſic demum adclamo: *Molliter oſſa quieſcant!*

CHARA-

# CHARACTER LVTHERI

a ſupra laudato *SELNECCERO* concinnatus, et *Viro Summe Venerabili, Dn. D. Mart.* CHLADENIO, in pereleganti *de Doctoratu LVTHERI* Commentatione probatus:

*LVtherus a Deo honorem, ἀξίωμα, et autoritatem habebat, qua minime efferebatur, et quam non ambiebat, et oſor ac hoſtis erat omnium ſuperborum et ambitioſorum. Fuit enim uehemens et acer, cum uehementia opus eſſet: fuit humaniſſimus erga omnes: liberalis, praeſenti animo atque laeto, affabilis, placidus, cuius os et ſuauitatem et grauitatem prae ſe tulit, oculi leonini acumen ingenii excellentiſſimi et animum intrepidum oſtenderunt, in conſolandis aegrotis, afflictis, tentatis, totus uixit, ad proſternendum et ad erigendum, ut neceſſitas et circumſtantia poſtulauit, paratus et felix, nemo tam potens, nemo tam doctus, nemo tam uerſutus, qui ſpiritum eius potuiſſet ſuperare, ſeducere, circumuenire, ceſſit omnibus et ceſſit nulli: omnibus, quo ad officia illis exhibenda: nulli, quo ad Verbum Dei aſſerendum: ex uerbis animum habuit ſtatim ſibi perſpectum: ſuperbos, quanticunque eſſent, ut glumam et ſtercus fecit, incertos de fide ſua, ſi dociles eſſent, ceu pueros, fideliter docuit, ſi praefracti et pertinaces in opinionibus defendendis Verbo Dei repugnantibus et abſurdis, iudicio Dei reliquit et Vates ueriſſimus interitum ipſis praedixit. Certum etiam hoc eſt, Deum uoluiſſe per Lutherum, tanquam per ſingulare organum ea inchoare, et perficere, eaque perfeciſſe, quae per alios mille, quantumuis potentes, doctos, et felices, perficere noluit, atque unum Lutherum res diuinas eo animo, ſpiritu et ſucceſſu tractaſſe, explicaſſe, fundaſſe et propagaſſe, quo alii, quantumuis clari et eruditionis nomine inſignes, uix exordium aliquod facere potuiſſent, aut ſi quod feciſſent, in medio illud reliquiſſent imperfectum, abſterriti metu periculorum καὶ ἀκροβολισμῶν in hac uita. Seln.* fol. 55. b.

FINIS

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg